

in vertice montium: et eleuabit super colles. Et fluent ad eum omnes gentes: et habitabunt populi multi: et dicent: Venite: ascende mus ad montem domini: et ad domum dei iacob: et docebit nos vias suas: et ambulabimus in semitis eius: quia de sion eribit lex: et verbum domini de hierusalem. Et indicabit gentes: et arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres: et lanceas suas in falces. Non eleuabit gens contra gentem gladium: nec exercebunt vltra ad prelium. Dominus iacob: venite: ambulemus in lumine dei nostri. Proiecit enim populum tuum domine iacob: quia repleti sunt ut olim: et augures habuerunt ut philistim: et pueris alienis adbeserunt. Repleta est terra argento: et auro: et non est finis thesaurorum eius. Et repleta est terra eius equis: et innumerabiles quadrigae eius. Et repleta est terra eius idolis. Opus manuum suarum adorauerunt: quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit se homo: et humiliatus est vir. Ne ergo dimittas eis. Ingrede in retiam: et abscondere in fossa humo a facie timoris domini: et a gloria maiestatis eius. Oculi sublimis hominis humiliati sunt: et incuruabit altitudo virorum. Exaltabit autem dominus solus in die illa: quia dies domini exercituum super omnem superbum et excelsum: et super omnes arrogantem: et humiliabit: et super omnes cedros libani sublimes et erectas: et super omnes quercus abalan: et super omnes montes excelsos: et super omnes colles eleuatos: et super omnem turrem excelsam: et super omnem murum munitum: et super omnes naues tharlis: et super omne quod visum pulchrum est. Et incuruabit omnis sublimitas hominum: et humiliabit altitudo virorum. Et eleuabit dominus solus in die illa: et idola penitus perterent. Et introibunt in speluncas petrarum: et in voragine terrae a facie formidiae domini: et a gloria maiestatis eius: cum surrexerit percutere terram. In die illa periciet homo idola argenti sui: et simulacra auri sui quae fecerat sibi: ut adoraret talpas: et vesperiliones. Et ingredietur scissuras petrarum: et in cavernas saxorum a facie for-

midinis domini: et a gloria maiestatis eius: cum surrexerit percutere terras. Quiescite ergo ab hodie cuius spiritus in naribus eius est: quia excelsus reputatus est ipse. **III**  
**E**cce enim dominator dominus exercituum auferet ab hierusalem: et ab iuda validum: et fortem: omne robur panis: et omne robur aequae: et fortes: et virum bellatorem: et iudicem: et prophetam: et ariolum: et senem: principem super quinquaginta: et honorabilem vultu: et consiliarium: et sapientem de architectis: et prudentem eloquii mystici. Et dabo pueros principes eorum: et effeminati domini minabunt eis. Et cornuet populus vir ad virum: et unusquisque ad primum suum. Lumul tuabit puer senem: et ignobilis dominus nobilem. Apprehendet enim vir fratrem suum: et mesticum patris sui: et dicit: Vestimentum tibi est: princeps esto noster: ruina autem haec sub manu tua. Non debet quis in die illa dices: Non sum medicus: et in domo mea non est panis: neque vestimentum. Nolite consistere me princeps populi. Ruit enim hierusalem: et iudas percidit: quia lingua eorum: et adinventiones eorum dominum: ut provocaret oculos maiestatis eius. Agnitio vultus eorum respondet eis: et peccatum suum quoniam sodomam perdicauerunt: nec abscondit. Neque autem eorum quoniam red dita sunt eis mala. Dicite iusto quoniam bene: quoniam fructum adinventionum suarum comedit. Neque impio in malum. Re-tributio enim manuum eius fiet ei. Populum meum exactores sui spoliauerunt: et mulieres dominatae sunt eis. Popule meum quae te beatum dicunt: ipsi te decipiunt: et via gressuum tuorum dissipant. Stat ad indicandum dominus: et stat ad indicandos populos. Dominus ad iudicium veniet: cum senibus populi sui: et principibus eius. Vos enim depasti estis vineam meam: et rapina pauperum in domo vestra. Quare attentis populis meum: et facies pauperum commolitur dicit dominus exercituum: Et dixit dominus deus. Pro eo quod eleuatae sunt filiae sion: et ambulauerunt extenso collo: et nutibus oculorum ibant: et plauderant: et ambulabant: et pedibus suis commposito gradu incedebant: decaluaabit dominus